matis interminatione districtius inhibentes, ne quisquam contra eam temere venire presumat. Datum Magdeburch anno ab incarnatione domini millesimo cc. xiii., iiii. kal. augusti, pontificatus nostri anno sexto.

(S.)

181.

Papst Innocenz III. schreibt dem Landgrafen Hermann von Thüringen, daß er in der Angelegenheit der Freisprechung des Bischofs von Bamberg, in welcher er von der Entscheidung des päpstlichen Legaten Sigfrid, Erzbischofs von Mainz, an den päpstlichen Stuhl appellirt habe, Gerechtigkeit finden solle und fordert ihn auf, einen Fürsprecher herzuschicken und in der Treue zu beharren.

Segni, 1213 Sept. 3.

Hdschr.: Reg. No. 8 fol. 158b No. 107. Vatikan. Archiv.
Gedr.: Baluze, Ep. Innocentii III. 2,800; ed. Migne 3,904. Potthast 4805. Böhmer-Ficker 6153.

H. lancravio Thoringie. Illa te obentu tue devotionis et fidei, quas in arduis sumus rebus experti, caritatis sinceritate diligimus, ut non solum pro tuis, verum etiam pro aliorum negotiis preces tuas parati simus, quantum cum deo et honestate possumus, exaudire, cum diligenter ad tuum aspiremus commodum et honorem. Sane quod a Bambergen[si] episcopo pro ecclesie devotione pertulisse diceris gravamina et iacturas, eo nobis amplius est molestum, quo serviendo ecclesie a viro ecclesiastico non gravamen, sed premium nosceris meruisse. Cum ergo a venerabili fratre nostro Maguntino archiepiscopo apostolice sedis legato, qui super absolutione ipsius episcopi receperit scripta nostra, duxeris appellandum, et eodem appellationi tue humiliter deferente negotium ad nostrum sit delatum examen, iustitiam tuam tibi auctore deo diligenter curabimus conservare. Tu ergo termino tibi et episcopo ipsi a prefato archiepiscopo prefigendo talem ad nostram presentiam dirigas responsalem, qui causam tuam agat fideliter et prudenter. De cetero nobilitatem tuam monemus ac [attente] exhortamur, quatenus in nostra et apostolice sedis devotione firmus et stabilis perseveres, ut negotio, quod magnanimiter inchoatum est, et maxima iam ex parte promotum, feliciter consummato de toleratis laboribus manipulos reportare valeas expectatos. Datum Signie iii. non. septembris, pontificatus nostri anno sexto decimo.

182.

Markgraf Dietrich überläßt dem Kloster Pforta den oberen Theil des [Saal-]Berges von den Weinbergen des Klosters bis zur Höhe bei Wenzendorf. **1213 [Januar—September].**

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 189. Das beschädigte S., an Leinenfäden, = Taf. III. 1.
Gedr.: Böhme, Urkundenb. des Kl. Pforte 99.
Anm.: Portenser Hand. Vergl. Posse, Lehre von den Privaturk. 19. Auch Diplomat. Portense (Saec. XIII) fol. 32b und Transsumptbuch (Saec. XVI) fol. 16 Bibliothek der Landesschule Pforte.

Theodericus dei gratia Misnensis et Orientalis marchio omnibus suis amicis et fidelibus, immo universis Christi fidelibus salutem cum omni feli|citate utriusque vite.